Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36554
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



71

babilon · & non cognoscit · , Babilon · legi quippe di-
non subiciatur · neq: enim potest, & inuenta ē · babilon · ,
& inuenta conphensa · ē · & obid conphensa · ē · cum · Inuenta ē ·
quia dnō restitit · Deinde exordium alterius capituli ·
Aperuit dnūs thesaurum suū & protulit uasa irae suae · quia opus
dnō ultionis in terra chaldeorum · Qnm̄ uenerunt tempora
eius · Aperite apotheca eius · scrutamini eam quasi spelunca
& disperdite eam · non sint eius reliquiae · Exsiccate omnes
fructus eius · & descendant in occisionē · Uae eis · qnm̄ uenit
dies eorum tempus uindictae eorum · Uolens intellegere hoc
quod dictum · ē · Aperuit thesaurum suū & protulit uasa irae
suae · Quaero de alia scriptura · uasa iredi · & uenio ad ple-
niorē comparationē istius scripturae scripturam apostolica ·
Ibiq: inuenio apostolum mihi subiciente · quae sint uasa iredi ·
Ait enim · Si autem uolens ds ostendere iram sua & notā facere
potentiam suā · protulit in multa patientia uasa irae praepa-
rata ad perditionem · sup uasa misericordiae quae praeparauit
in gloriam · Quos & uocauit nos · non solum ex iudaeis · uerum
& iam ex gentib: · Generaliter apostolus omnes homines diuisit
bifariam dicens · quosdam · ee · uasa misericordiae · quosdam
uasa irae · Uerbi gratia · fararo & aegiptus · uasa irae · rursus
se · qui primus misericordiam consecutus · ē · & ex tempore inquid
de iudaeis & gentib: credidderunt · uasa misericordiae nuncupauit ·
Sunt ergo in thesauro di uasa irae · scriptum · ē · enim · Aperuit
dnūs thesaurum suum · & protulit uasa irae suae · Qui · ē · iste thes-
aurus dnī in quo uasa irae inueniuntur · Aliquis forsitan quaerat
utrum in thesauro dnī tantummodo uasa irae sint · & thesaurus
di quiest thesaurus omnium · non habeat uasa misericordiae ·
An aliud quid intellegi oporteat de thesauro di · Unde effe-
rantur uasa irae eius · Thesaurum dnī · ego confidens dicā ee ·